

*libemus ei libamina: per reginam coli nihil appetius intelligi potest, quā anima lunæ: & certè hoc aperte indicant verba antecedentia Hiernimæ; ait enim; *Filij colligunt ligna, & Patres secundum ignem, & mulieres confergunt adipem, ut faciant placenta regna cœli: certè aptissimè virtus coli per reginam cœli à nobis intelligitur: vbi autem arguit Propheta eos, qui faciunt placenta regna cœli; id est ipsam lunam adorant; non tam arguit afferentes lunam habere animam; sed potius id ipsum supponit.**

*Quartum.*

*S. Hieronymus, ait enim in cap. i. Eccl. girans girando vādū Spiritus, & in circulo suo reverberatur. Sive ipsum solē spiritum nominavit, quod animal sit, & spirat, & vivat, & annos orbis suos cursu expletat. Alibi quoque Magnus irat de q. Coenæ idipsum approbat; sed quia dicta, tunc Alberti, tum S. Thomæ & aliorum explicari solent à recentioribus, ideo ad argumenta ex ratione petita deueniendum est, fit itaque.*

*Quintum.*

*Quintum: quod est perfectius simpliciter aliquā re animata, ipsum debet esse animatum, sed coli sunt perfectiores rebus animatis sublunaribus, ergo ipsi sunt animati: quod autem coli sunt perfectiores homine, colligitur ex sacra scriptura: Iob. 15. *cœli non sunt mundi in confertu eius, quanto magis abominabilis & insulta homo: nec nomine cœli ibi possunt intelligi Angelii, quia paulo ante fecerat iam mentionem de Angelis: & cap. 25. ecce luna etiam non splendet, & stellæ non sunt mundi in confertu eius: quanto magis pâtreo, & filius hominis vermis.**

*Sextum.*

*Sextum: id indicat cantus Ecclesiæ per haec verba: per quem maiestatem tuam laudant Angelit, adorant dominaciones, tremunt potestates, cœlorumque virtutes, &c. Vbi per virtutes cœlorum D. Th. quodlibet 12. videtur velle cœlorum animas intelligi.*

*Septimum.*

*Septimum: quod exerceret actum vita, illud est animatum, sed cœli exercent actum vita, ergo sunt animati: maior patet, habeturque 2. de anima; ex quo loco etiam minor prob: ibi enim quadruplex actus vita affigatur, nempe actus intelligendi, sentiendi, secundum locum per se ipsum mouendi, deniq; vegetandi, manifestum autem est, cœlum exercere actum mouendi motu circulari continuo, & regulari.*

*Octauum.*

*Octauum: quod est primum principium viuendi, est viuentium corporum forma, vel actus, sed cœlum est principium viuendi in his inferioribus, ergo ipsum est viens & animatum: maior quoque manifesta est, nam cœlum dat vitam: prasertim animalibus ex putrificatione productis; communiter enim tenetur quod producantur à virtute cœlesti.*

*Nonum.*

*Nonum. Perfectiori corpori perfectior debetur forma, quia inter corpus & formam, debet esse mutua proportio, sed cœli habent perfectissimum corpus, ergo perfectissimam formam: minor quoque patet, quia quod haber perfectiore materiali, habet perfectius corpus, sed materia cœlorum, prasertim secundum ponentes eam distinguunt species à sublunari, est perfectior, ergo & corpus cœlestis est perfectius corporibus sublunaribus: deinde est incorruptibile, & totaliter perficitur, atq; satiatur à ma-*

teria; vnde non modo est perfectius secundum quid, sed etiam simpliciter, quia in ratione materie perficitur à forma in quantum est talis; id est penes perfectissimum modum informans, qui est informari modo inamissibili, & adæquatè satiarū à forma.

Ex quibus insertur, quod cum forma cœlorum debeat esse perfectissima, alia esse non potest: id quā animata, quia quāvis minimā forma animata, est præstantior quāvis formā inanimata.

*Decimum: extrema distantia non coniuncta, guntur nisi per medium; cum ergo cœlum sit medium coniungens naturam Angelicam cum rebus sublunaribus corporeis, necesse erit quod participet ex natura Angelica; id est spirituali, & natura corporeā; & per consequens quod sit viuens.*

*Vnde decimum: in cœlo apparent virtutes, quae non possunt dici emanare à corporeitate, ergo debent prouenire ab aliquo principio vita: prob, antecedens, experimur enim aliam esse virtutem in polo australi, & aliam in antarcticō. Item vnam stellam in aliqua domo habere aliam virtutem, quam non habet in alia domo; ergo ea omnia proueniunt ab aliqua forma animata.*

*Duodecimum: & est directè contra Thomistas: corpus non est corpus nisi per animam; non autem per formam corporeitatis, ergo quandoquidem corpora cœlestia sunt vere corpora, talia erant per animam: quare nisi corpora cœlestia habent animam & viuent, non essent vera corpora, quod nemo dixerit.*

*Decimum tertium. Laudare, narrare, & exultare non conuenti nisi rei animatae & cognoscenti, sed laudare narrare, &c. attribuuntur cœli in Scriptura, ergo cœli sunt corpora viuentia.*

*Decimum quartum: etiam secundum D. Th. q. de spiritualibus creaturis art. 6. Plato, & Aristot. eorumque sequaces posuerunt corpora cœlestia vere animata, ergo signum est ipsa esse animata.*

*Confirmatur ex auctoritate Commentatoris de substantia orbis dicentis, quia cū cœli sit incorruptibile, non indiget in suo esse anima sensibili & imaginativa, sed tantum anima ipsa mouente in loco.*

*Decimum quintum: Corpus non animatum non habet determinatam figuram, sed cœli habent determinatam figuram, ergo sunt animati: minor patet, maior prob: nam elementa non habent determinatam figuram, quod signum est ipsa esse inanima, ergo è contra quia cœli habent determinatam figuram, signum est ipsos esse animatos.*

*Decimum sextum: quod ex se mouentur, est animatum, sed cœli ex se mouentur, ergo &c. maior patet: minor prob: primum in quolibet genere est ex se tale, sed cœlum est primum, quod mouetur, ergo mouetur ex se, & per consequens est animatum.*